

E la prima delle due lettere a stampa, pubblicata a partite dal 1504 in numerose edizioni col titolo di *Mundus Novus*. Racconta il viaggio del 1501-1502.

La traduzione italiana è la prima, inserita nei *Paesi nuovamente ritrovati et Mondo Nuovo* da *Almerico Vesputio fiorentino intitolato* di Fracanzio da Montalboddo (Vicenza, 1507).

Si veda il tomo II (parte I, cap. VI) e qui la NOTA AI TESTI, p. 521.

MUNDUS NOWS

Albericus Vespuccius Laurentio Petri de Medicis salutem plurimam dicit

Superioribus diebus satis ample tibi scripsi de reditu meo ab novis illis regionibus, quas et classe et impensis et mandato istius serenissimi Portugalie regis perquisivimus et invenimus, quasque Novum Mundum appellare licet, quando apud maiores nostros nulla de ipsis fuerit habita cognitio et audientibus omnibus sit novissima res. Etenim hec opinionem nostrorum antiquorum excedit, cum illorum maior pars dicat, ultra **lineam** equinoctialem et versus meridiem non esse continentem, sed mare tantum, quod Atlanticum vocavere; et si qui earum continentem ibi esse affirmaverunt, eam esse terram habitabilem multis rationibus negaverunt. Sed hanc eorum opinionem esse falsam

Alberico Vesputio a Lorenzo patre de i Medici, salutem

Ali passati zorni assai amplamente te scrissi de la mia retornata de quelli novi paese, i quali et cum l'armata et cum le spese et comandamento de questo serenissimo re de Portogallo havemo cercato et ritrovato, i quali Novo Mondo chiamare ne sta licito, perch6 apresso de i mazori nostri niuna de quelli è stata **hauta** cognitione, et a tuti quelli che aldiranno serà novissime cose. Imperoché questo la oppinione de li nostri

et veritati **omnino** contrariam, hec mea **ultima** navigatio **de**clara-
 ravit, cum in partibus **illis** meridianis continentem invenerim
 frequentioribus populis et **animalibus** habitatam quam nostram
 Europam seu Asiam vel **Africanam**, et insuper aerem magis tem-
 peratum et amenum quam in quavis alia regione a nobis cognita,
 prout inferius intelliges, ubi succinte tantum rerum capita scri-
 bebimus et res digniores annotatione et memoria, que a me vel
 vise vel audite in hoc Novo Mundo fuere, ut infra patebit.

Prospero cursu quartadecima mensis maii millesimo quin-
 gesimo primo recessimus ab Olysippo, mandante prefato
 rege, cum tribus navibus ad inquirendas novas regiones versus
 austrum et viginti mensibus continenter navigavimus ad meri-
 diem, cuius navigationis ordo **talis** est. Navigatio nostra fuit
 per insulas Fortunatas, sic olim dictas, nunc autem appellantur
 insule Magne Canarie, que sunt in tertio climate et in **confinibus**
 habitati occidentis. Inde per oceanum totum littus africanum et
 partem ethiopici percurrimus usque ad promontorium **Ethio-**
pum, sic a Ptolomeo dictum, quod nunc a nostris appellatur

antiqui excede, conciosia che de quelli la **mazor** parte dica ultra la linea
 equinotiale et verso el mezo zorno non esser continente, ma el mare
 solamente, el qual Atalantico hanno chiamato; e si qualche uno de quelle
 continente li esser hanno affermato, quella esser terra habitabile per molte
 razione hanno negato. Ma questa sua oppinione esser falsa et a la verita
 ogni modo contraria, questa mia ultima navigatione he dechiarato, con-
 dosia che in quelle **parte** meridionale el continente io habia ritrovato
 de piu frequenti populi et animali habitato de la nostra Europa o vero
 Asia o vero **Affrica**, et anchora l'aere piu temperato et **ameno** che in
que banda alta regione de nui cognosciute, come de sotto intenderai,
 dove brevemente solamente de **le** cose i capi scrivemo et le cose piu
 degne de annotatione et de memoria, le qual da **mi** o vero viste o **vero**
 audite in questo Novo Mondo foreno, como de sotto seranno mani-
 feste.

Ordine de la navigation cum una grandissima fortuna

Cum felice navigatione, a 14 di del mese de mazo del 1501 se
 partissemo da Olisippo, comandandone el prefato re, cum 3 **nave** a
 cercare novi paesi verso ostro, et 20 mesi continuamente navigassemo
 al mezo zorno. De la qual navigatione l'ordine e tale. La navigatione
 nostra fo per le insule Fortune, cosi giã ditte, ma al presente se chia-
 mano insule Grande Canarie, **le** quale sonno in nel III clima et in ne **li**
confini de Pabitato occidente. Da poi per l'oceano tuto il lito affrico et
 parte ethiopico stracoressemo infia al promontorio Ethiopo, cosi da

Caput Viride et ab ethiopicis Beseghice, et regio illa **Mandinga**, gradibus 14 intra torridam zonam a linea equinoctiali versus septentrionem, que a **nigris** gentibus et populis habitatur. Ibi resumptis viribus et necessariis nostre navigationi, extulimus anchoras et expandimus vela ventis; et nostrum iter per vastissimum oceanum dirigentes versus antartichum parumper per occidentem infleximus per ventum qui vulturnus dicitur; et a die qua recessimus a dicto promontorio, duorum mensium et trium dierum spatio navigavimus, antequam ulla terra nobis appareret. In ea autem maris vastitate quid passi fuerimus, que naufragii pericula et que corporis incommoda sustinuerimus, quibusque anxietatibus animi laboraverimus, existimationi eorum relinquo qui multarum rerum experientia optime norunt quid sit incerta querere et que ausi sint ignorantes investigare. Et ut uno verbo universa perstringam, scies quod ex diebus sexagintaseptem quibus navigavimus, continuos quadragintaquatuor habuimus cum pluvia, tonitruis et coruscationibus, ita obscuros, ut neque solem in die, neque serenum celum in nocte nunquam viderimus. Quo factum est ut tantus in nobis incesse- rit timor, quod pene iam omnem vite spem abieceramus. In hiis autem tot tantisque procellis maris et celi, placuit Altissimo nobis coram monstrare continentem et novas regiones ignotum-

Tholomeo dicto, il quale adesso da' nostri se chiama Capo Verde, et da li ethiopi Biseghier, et quel paese Mandraga, gradi 14 dentro la torrida zona da la **linea** equinoctiale verso la septentrionale, la quale da le negre gente et popoli se habita. Li repigliate le forze et le cose necessarie a la nostra navigatione, inalzassemo l'ancore et expandesemo le vele **ai** venti; et il nostro viazo per el larghissimo oceano verso el polo antarticho un pochetino per l'occidente pigliassemo, per el vento el quale voltorno se chiama; e dal dì el quale se partissimo dal dicto promontorio, per spacio de dui mesi et 3 dì navigassemo, avanti che niuna terra a nui aparesse. In quella grandezza de mare veramente que habiamo suferto, que pericoli de naufragi, a la existimatione de quelli lo lasso, li quali de molte cose la experientia benissimo hanno cognosciuto que cosa sia le cose incerte cercare et che abenché siano ingnorante cercare. Azò che in una parola tute le cose brevemente narre, sappie che de dì **67**, i quali nui navigassemo continui, **44** ne havessemo con pioza, tonitroui et coruscatione, in tal modo scuri che né sole el zorno, né sereno in la nocte mai vedesemo. Per la qual cosa tanta in nui inti-b gran paura che quasi zà **ogne** speranza de vita havevomo persa. In queste veramente tante terribele procelle de mare et de cielo, piacete a l'Altissimo avanti de nui mostrare el continente et novi paesi et un altro inco-

que mundum. Quibus visis, tanto perfusi fuimus gaudio, quantum quisquam cogitare potest solere his accidere qui ex variis calamitatibus et adversa fortuna salutem consecuti sunt. Die autem septima augusti millesimo quingentesimo primo, in ipsarum regionum littoribus submissimus anchoras, gratias agentes Deo nostro solemnī supplicatione atque unius misse cantu cum celebritate. Ibi eam terram cognovimus non insulam sed continentem esse, quia et longissimis producitur littoribus non ambientibus eam et infinitis habitatoribus repleta est; nam in ea innumeras gentes et populos et omnium silvestrium animalium genera que in nostris regionibus non reperiuntur, invenimus, et multa alia a nobis nunquam visa, de quibus singulis longum esset referre. Multa nobis Dei clementia circumfulsit quando illis regionibus applicuimus; nam ligna defecerant et aqua, paucisque diebus in mari vitam perferre poteramus. Ipsi honor et gloria et gratiarum actio.

Consilium cepimus navigandi secundum huius continentis littus versus orientem, nunquam illius aspectum relicturi. Moxque illud tamdiu percurrimus, quod pervenimus ad unum angulum ubi littus versuram faciebat ad meridiem et ab eo loco, ubi primum terram attigimus, usque ad hunc angulum fuerunt circa

gnito mondo. Le qual cose viste, tanto se fossemo relegrati, quanto cadauno pensare pu solere a coloro intravignire i quali da varie calamità et da la contraria fortuna salute hanno consecute. El dì veramente 7 de agosto del 1501 in ne li liti de quelli paesi sorgessemo, regratiando el Nostro Signor Idio cum solenne supplicatione et celebrando una messa in canto. Lì quella terra cognosessimo non esser isula ma continente, perchè de longissimi liti se destende non circundante quella et de infiniti habitatori era repleta, imperhè che in quella assai gente et populi et de ogni generatione de anima' silvestri, i quali in ne li nostri paesi non se riaovano, catessemo, et molte altre da nui mai viste, de i quali serla longo a un per uno referire. Molte cose a nui, per la clementia de Dio, ne fo circumfuse, quando a quelle regione se applicassemo; imperochè le legne ne erano mancate et l'acqua, per pochi zorni in mare la vita perlongare potevamo. A esso lo honore et gloria et de le gratie l'actione.

Distantia dal Capo Verde allo ritrovato continente

Consiglio fessemo de navigare secondo de questo continente et lito verso oriente, et mai l'aspecto de quello abandonare. E subito quello tanto longo tempo percurtissemo che pervenissemo a un anglo, dove el lito versura feva a mezodì; et da quello loco, dove prima la terra tocas-

trecente leuce. In huius navigationis spatio pluries descēdimus in terram, et amicabiliter cum ea gente conversati fuimus, ut infra audies. Oblitus fueram tibi scribere quod a promontorio Capitis Viridis usque ad principium illius continentis sunt circa septingente leuce, quamvis existimem nos navigasse plus quam mille octingentas, partim ignorantia locorum et naucleri, partim tempestatibus et ventis impredientibus nostrum rectum iter et impellentibus ad frequentes versuras. Quod si ad me socii animum non adiecissent, **cui** nota erat cosmographia, nullus erat nauclerus seu dux navigationis qui ad quingentas leucas nosceret ubi essemus. Eramus enim vagi et errantes, et instrumenta tantummodo altitudinum corporum celestium nobis ad amussim veritatem ostendereunt; et hi fuere quadrans et astrolabium, **uti** omnes cognovere. Hinc deinceps me omnes multo sunt honore prosecuti. Ostendi enim eis quod, sine cognitione marine charte, navigandi disciplina magis callebam quam omnes naucleri totius orbis. Nam **hii** nullam habent noticiam, nisi eorum locorum que sepe navigaverunt. Ubi autem dictus angulus terre monstravit nobis versuram littoris ad meridiem, convenimus illud preternavigare et inquirere quid in eis regionibus esset. Navigavimus autem secundum littus circa sexcen-

semo, **infina** a questo anglo, forono circha 300 leghe. In questo spado de navigare, **più** volte discendesemo in terra, et amichevolmente cum quella gente conversavamo, como de sotto intenderai. Me era desmentigato scriverete **che** dal promontorio de Capo Verde in **fin**a al principio de questo continente sonno cerca 700 leghe, abenché io existime nui haver navigato più che mille et octocento, parte per ignorantia dei lochi **et** del nochiero, et parte de le tempeste et venti, i quali impedivano el nostro recto **v**iazo, mandandone a diverse versure. Et che si a me i compagni lo animo non havessero azonto, al qual era noto la cosmografia, niuno nochiero era over duce de la navigation el qual a 500 leghe cognoscesse dove nui fossemo. Imperhb che nui eremo vaghi et errabundi, et **l'istrumenti** solamente de li alti corpi celesti a nui a pontino la verità demonstravano; et questi foreno el quadrante et l'astrolabio, como tutti cognosceteno. Et cusì, da quello im poi, **tutti** grandemente me hanno honorati, imperò che li ho mostrato che, senza cognitione de la **carta** del navigare, del navigare (nel)la disciplina (ero) più celebrato che tuti i nochieri de l'oniverso mondo. Imperb che quelli non hanno notitia si non de quelli lochi che assai volte hanno navigato. Dove veramente el dicto angolo de la terra a nui ne mostrò la versura de litto al mezo zorno, convenimo quello excepto in nel navigare et cercare que cosa in quelli paesi fosse. Imperb che navigassemo secundo el **litto** cercha

tas leucas, et sepe descendimus in terram et colloquebamur et conversabamur cum earum regionum colonis ab eisque fraterne recipiebamur, et secum quandoque morabamur quindecim vel viginti dies continuos amicabiliter et hospitaliter, ut inferius intelliges. Nove istius continentis pars est in torrida **zona** ultra lineam equinoctialem versus polum antarticum, nam eius principium incipit in octavo gradu ultra ipsam equinoctialem. Secundum huius littus tamdiu navigavimus, quod pretergresso Capricorni tropico invenimus polum antarticum, cum **illo** eorum horizonte altiore 50 gradibus, fuimusque prope ipsius antarctici circulum ad gradus **17**semis. Et quid ibi viderimus et cognoverimus de natura illarum gentium deque earum moribus et tractabilitate, de fertilitate terre, de salubritate aeris, de dispositione celi corporibusque celestibus et maxime de stellis **fixis** octave sphere, nunquam a maioribus nostris visis aut pertractatis, deinceps narrabo.

Primum igitur quo ad gentes, tantam in **illis** regionibus gentis multitudinem invenimus, quantam nemo dinurnerare poterat, ut legitur in Apocalipsi; gentem, dico, mitem atque tractabilem. Omnes utriusque **sexus** incedunt nudi, nullam corpo-

Go leghe, et assai volte descendesemo in terra et parlavemo et conversavemo cum quelli del paesi, et da quelli eremo fraternalmente receuti, et cum essi qualche volta stevemo 15 et 20 di continui amichevolmente et hospitalmente, come de sotto intenderai. De questo continente una parte è in la torrida zona oltra la **linea** equinodale verso el polo antarticho, imperhb che 'l suo principio incomenza in 8 gradi oltra essa equinotiale. Secundo questo lito tanto longo tempo navigasemo che passato de Capricorno el tropico retrovassimo el polo antarticho, de quello suo orizzonte più alto 50 gradi, et fossemo apresso de **esso** antarticho circolo a gradi 17 e mezo. Et quel che li habia' visto et cognosciuto de la natura de quelle **gente** et de li costumi de quelli, et de la tractabiliti et fertiliti de la terra, de la salubriti de l'aere, de la disposition del delo et de li corpi celesti, et maximamente de le stelle **fixe** de la VIII spera, mai da i nostri mazori visti o vero pertractate, de sotto narrarò.

Nature et costumi de quelle gente

Imprimamente adonque in quanto a le gente, in quelli paesi tanta moltitudine de gente havemo ritrovato, quanta **niuno** dinurnerare poteria, come se leze in lo Apocalipsi, gente, dico, mansueta et tractabile. Et tuti de l'uno et l'altro sexo vanno nudi, niuna parte del corpo cover-

ris partem operientes, et uti ex ventre matris prodeunt, sic usque ad mortem vadunt. Corpora enim habent magna, quadrata, bene disposita ac proportionata, et colore declinantia ad rubedinem, quod eis accidere puto quia nudi incedentes tingantur a sole; habent et comam amplam et nigram. Sunt in incessu et ludis agiles, et liberali atque venusta facie, quam tamen ipsimet sibi destruunt; perforant enim sibi genas et labra et nares et aures. Neque credas foramina illa esse parva aut quod unum tantum habeant: vidi enim nonnullos habentes in sola facie septem foramina, quorum quodlibet capax erat **unius** pruni. Obturant sibi hec foramina cum petris ceruleis, marmoreis, cristallinis et ex alabastro pulcherrimis, et cum ossibus candidissimis et aliis rebus artificiose elaboratis secundum eorum usum; quod si videres rem tam insolitam et monstro similem, hominem scilicet habentem in genis solum et in labris septem petras, quarum nonnullae sunt longitudinis palmi semis, non sine admiratione esses. Sepe etenim consideravi et iudicavi septem tales petras esse ponderis unciarum sexdecim; preter quod in singulis auribus trino foramine perforatis tenent aliae petras pendentes in anulis; et hic mos solus est virorum, nam mulieres non perforant sibi faciem, sed aures tantum. Alius mos est apud eos satis enormis et preter omnem huma-

zeno, e sì como dal ventre de la matre sonno usiti, così **infina** a la morte vanno. Imperhb che hanno corpi grandi, inquadriati, ben disposti et proportionati, et de colore declinante a la roschieza, la qual cosa a quelli intervegnire penso, perché nudi andando sonno tenti dal sole. Et hanno i cavilli ampli et nigri. Sonno in nel andare et in ne li zochi agile, et de una liberale et venusta faza, la quale essi medemi la destruzeno, imperhb che se **forano** le galte et le labre et le narize et le orecchie; et non credere quelli forami esser pizoli o vero che uno solamente ne habiano, imperhò che ho visto assai i quali hanno, solamente in la faza, 7 forame, de i quali cadauno capace era de uno suzino; et stroppano essi questi forami cum piere cerulee, marmoree, cristalline et d'alabastro belidissimi, et cum ossi bianchissimi et altre cose artificiosamente lavorate secondo el suo uso; la qual cosa si la vidisti tanto insolita et a un monstro si de, cioè uno homo el quale ha in ne le galte solamente et in le labre 7 piere, de le quale assai **somo** de longheza de mezo palmo, non senza admiratione saristi. Imperhb che assai volte ho considerato et iudicato queste 7 tal piere esser de peso de onze 16, expepto che in cadauna orecchia de 3 forami forati teneno altre piere pendente in anelli; et questo costume solo è de li homini, imperhb che le donne non se forano la faza, ma le orecchie solo. Un altro costume (è) apresso de quelli assai enorme et

nam credulitatem. Nam mulieres eorum cum sint libidinose, faciunt intumescere **maritorum** inguina in tantam crassitudinem ut deformia videantur et **turpia**, *et* hoc quodam earum **artificio** et mordicatione quorumdam animalium venenosorum; et huius rei causa **multi** eorum amittunt inguina, que **illis ob** defectum cure fracescunt et **restant** eunuchi. Non habent **pannos** neque laneos neque lineos neque bombicinos, quia nec eis indigent. Nec habent bona propria, sed omnia communia sunt. Vivunt simul sine rege, sine imperio, et unusquisque sibi ipsi dominus est. Tot **uxores** ducunt quot volunt; et **filius** coit cum matre, et frater cum sorore, et **primus** cum prima, et **obvius** cum sibi **obvia**. Quotiens volunt, matrimonia dirimunt; et in hiis nullum servant ordinem. Preterea, nullum habent templum, et nullam tenent legem, neque sunt ydolatre. Quid ultra dicam? Vivunt secundum naturam, et epycuri potius dici possunt quam stoici. Non sunt inter eos mercatores, neque comertia rerum. Populi inter se bella gerunt sine arte, sine ordine. Seniores suis quibusqam contionibus iuvenes flectunt ad id quod volunt, *et* ad bella incedunt, in quibus crudeliter se mutuo **interficiunt**; et quos ex bello captivos ducunt, non eorum vite, sed sui victus causa occidendos servant. Nam alii alios et victores **victos** comedunt, et inter carnes, humana est *eis* communis

fora de ogni humana credulità, perhb che le moglier loro essendo libidinose, fanno sgionfare li membri dei loro mariti in tanta groseza che deforme pareno et bruti, et questo *cum* uno suo certo **artificio** et mordicatione de certi animali venenosi; et per causa de questa cosa molti de loro lo perdano et restano eunuchi. Non hanno **panni** de lana né de lino, né anche bombacini, perchó né de quilli hanno bisogno. Né anche hanno beni ptopri, ma tute le cose sonno comuni. Viveno insieme senza re, senza imperio, et cadauno (de) sé **mandemo** è signore. Tante mogliere menano quante vogliano; et el figlio se misida cum la madre, et el fratello cum la sorella, et el primo *cum* la prima, et lo scontrato **cum** quello che se scontra. Ogni volta che voliano, i matrimoni divideno; et in queste cose niuno serva ordene. Oltra de questo, non hanno **niuna** ghiesia, et nisuna lege tengono, né anche sonno idolatri. Che dirb io pih oltra? Viveno secondo la natura, et epicurii più presto dir se possano che stoici. Non sono infra de loro mercadanti, né anche mercati de cose. I populi infra de loro combateno senza atte et senza otdene. I vechi cum certe sue peroratione i zoveni piegano a quello che loco vogliano et a le bataglie li incendeno, in le quale crudelmente insieme se amazano; e quilli i quali de la bataglia captivi **menano**, non de la vita, ma del suo victo per casione de esser amazati li servano; imperò che li altri l'altre parte *et* i vencitori i venti manzano, *et* infra le came la humana è a quelli co-

in cibis. Huius autem rei certior sis, quia iam visum est patrem comedisse filios et uxorem; et ego hominem novi, quem et allocutus sum, qui plusquam ex trecentis humanis corporibus edisse vulgabatur. Et item steti diebus vigintiseptem in urbe quadam, ubi vidi per domos humanam carnem salsam et contignationibus suspensam, uti apud nos moris est lardum suspendere et carnem suinam. Plus dico: ipsi admirantur cut nos non comedimus inimicos nostros et eorum carne non utimur in cibis, quam dicunt esse saporosissimam. Eorum arma sunt arcus et sagitte, et quando properant ad bella, nullam, sui tutandi gratia, corporis partem operiunt; adeo sunt et in hoc bestiis similes. Nos quantum potuimus conati sumus eos dissuadere et ab hiis pravis moribus dimovere; qui et se eos dimissuros nobis promiserunt. Mulieres, ut dixi, et si nude incedant et libidinosissime sint, earum tamen corpora (habent) satis formosa et munda, neque tam turpes sunt quantum quis forsan existimare posset, quia, quoniam carnose sunt, minus apparet earum turpitude, que scilicet pro maiore parte a bona corporature qualitate operata est. Mirum nobis visum est, quod inter eas nulla videbatur que haberet ubera caduca, et que parturierant uteri forma et contractura nihil distinguebantur a virginibus,

muno cibo. De questa veramente cosa sia certo, perché zà l'è stà visto el padre haver manzato i fioli et le mogliere; et io uno homo ho cognosciuto, al quale ho parlato, il quale più che 300 humani corpi avere manzato s'è divulgato. Et anchora stetti zorni 27 in una certa città, dove io vidi per le case la humana carne salsa et a li travi suspesa, como apresso de nui è usanza el lardo apichare et la carne de porcho. Molto più io dico: che essi se maraviglieno perché nui non manzamo li inimici nostri, et la carne de quelli non usamo in li cibi, la quale dice esser saporosissima. Le sue arme sonno l'arco et le saette; et quando se affrontano a le bataglie, coverzeno niuna parte del corpo per defenderse, in tal modo che fino in questo a le bestie (sono) simile. Nui, quanto ne è stato possibile, ne semo sforzati quelli dissuadere et da questi pravi costumi rimuovere; i quali sé doverli lassare a nui promeseno. Le donne, como te ho dicto, benché nude vagano et libidinose sianno, niente de mancho de quelle i corpi hanno assai fornosi et mondi, né anche tanto brute sonno quanto qualche uno forse existimare poteria, perché, abenché carnose siano, mancho apare de quelle la bruteza, la quale per la mazore parte de la bona qualiti de la corporatura è coperta. Una cosa miraculosa a nui l'è parso, che infra de quelle niuna se vedeva che avesse le tette cadute; et quelle che haveano parturito, per la forma del ventre et contractura niente erano differentiate da le vergene, et in ne le altre parte del corpo

et in reliquis corporum partibus similia videbantur, que propter honestatem consulo pretereo. Quando se christianis iungere poterant, nimia libidine pulse omnem pudiciam contaminabant atque prostituebant. Vivunt annis centumquingenta; raro egrotant, et si quam adversam valitudinem incurrunt, seipsos cum quibusdam herbarum radicibus sanant. Hec sunt que notabiliora apud illos cognovi. Aer ibi valde temperatus et bonus et, ut ex relatione illorum cognoscere potui, nunquam ibi pestis aut egrotatio aliqua, que a corrupto prodeat aere; et nisi morte violenta moriantur, longa vita vivunt, credo quia ibi semper perflant venti australes et maxime quem nos eurum vocamus, qui talis est illis qualis nobis est aquilo. Sunt studiosi piscature, et illud mare piscosum est et omni genere piscium copiosum. Non sunt venatores; puto quia cum ibi sint multa animalium silvestrium genera, et maxime leonum et ursorum et innumerabilium serpentum aliarumque horridarum atque deformium bestiarum, et etiam cum ibi longe lateque pateant silve et immense magnitudinis arbores, non audent nudi atque sine tegminibus et armis tantis se discriminibus exponere.

Regionum illarum terra valde fertilis est et amena, multisque collibus et montibus et infinitis vallibus atque maximis flumini-

simile parevano, le quale per honestà le preterisco. Quando cum li christiani commisdare se potevano, de la troppo libidine menate, ogni sua pudicitia contaminavano et prostravano. Viveno **anni 150** et rare volte se amalano, et si in qualche adversa egritudine incorreno, sé medesimi cum certe radice de herbe se sanano. Queste sonno le quale più notabile apresso de quelli esser cognovi. L'aire lì è assai temperato et bono, et, sì como per relatione de colloro cognoscere io puttì, mai li peste overo egritudine **alcuna**, la quale venga da l'aere corropto; et si non de morte violenta moreno, per una longa vita viveno, credo perchè lì sempre tranno i venti australi et maximamente quello e' quale nui **euro** chiamamo, el quale tal è a quelli quale a noi è aquilone. Se delectano de pescare; et quel mare è molto acto a pescare, perché de **ogni** generatione de pesce è copioso. Non sonno caciatori, penso perché essendo lì de molte generatione de animali silvestri, et maxime de lioni et ursi et de innumerabili serpenti et de quelle horride et deforme bestie, etiam perchè lì sonno selve grandissime et de immensa grandeza arbori, non hanno ardite nudi et senza coprimenti alguni et arme exponersi a tanti pericoli.

La fertilità de la terra et qualità del cielo

De quelli paesi la terra è molto fertile et amena et de molti colli, monti et infinite valle et de grandissimi **fiumi** abundante, et de saluberimi

nibus habundans et salubribus fontibus irrigua et **latissimis** silvis et densis vixque **penetrabilibus** omnique ferarum genere **plenis**, copiosa. Arborea maxime ibi sine cultore perveniunt, quarum multe fructus faciunt *gustui* delectabiles et humanis corporibus utiles, nonnulli vero contra; et nulli fructus ibi his nostris sunt similes. Gignuntur etiam ibi **innumerabilia** genera herbarum et radicum, ex quibus **panem** conficiunt et optima pulmentaria. Habent et multa semina hiis nostris **omnino** dissimilia. Nulla ibi metallorum genera habentur, preter auri, cuius regiones ille exuberant, licet **nihil** ex eo nobiscum attulerimus in hac prima nostra navigatione. Id nobis notum fecere incole, qui affirmabant in mediterraneis magnam esse auri copiam, et **nihil** ab eis extimari vel in precio haberi. Abundant margaritis, uti alias tibi scripsi. Si **singula** que ibi sunt commemorare, et de numerosis animalium generibus eorumque multitudine scribere vellem, res esset **omnino prolixa** et immensa. Et certe credo quod Plinius noster **millesimam** partem non attigerit generis psitarum, reliquarum avium necnon et animalium que in iisdem regionibus sunt, cum tanta facierum atque colorum diversitate, quod consumate picture artifex Polycletus in pingendis illis deficeret. Omnes arbores ibi sunt odorate, et **singule** ex se gummi vel oleum vel liquorem aliquem emittunt, quorum **pro-**

fonti irrigua, et de largissime selve et dense et apena penetrabile, et de ogni generatione de fere copiosamente piena. Arbori grandi li senza cultori pervengano, de le quale assai fructi fanno al gusto delectabile et a li humani corpi utili, assai veramente el contrario; **et** niuni fructi li sonno a li nostri simili. Se genera li **innumerabile** generatione de herbe et de radice, de le quale **fanno** pane et optime vivande. Et hanno molte semenze a omni modo a queste nostre forte dissimile. Nisiuna generatione de metallo li se trovano, **excepto** che oro, del qual quelli paesi se abundano, abenché niente de quello cum nui habiamo portato in questa prima nostra navigatione. Et de questo noto ne fereno li habitanti, i quali ne affirmavano là infra terra **esser grandissima** abundantia de oro, et niente da loro **esser existimato** overo in pretio hauto. Se abundano de margarite, como altre volte te ho scripto. Si tute le cose le quale li sonno commemorare, et le varie generatione de animali et de quelli la multitudine scrivere volesse, seria cosa a omni modo **prolixa** et grande; **et** certo credo che Plinio nostro non habia tocato la milesima parte de le generatione de li papagi et de lo resto de li altri ucelli et similmente animali, i quali in quelli medesimi paesi sonno, **cum** tanta diversità de facie **et** de colori che de la perfecta pictura l'artifice Pollicleto in pengere quelle serla manchato. Tuti li arbori li **sommo** odoriferi, **et** cadauno da si i gummi, o vero olio, o vero qualche altro licore mandano, de i qualli si a nui le

prietates, si nobis note essent, non dubito quin humanis corporibus salutē forent. Et certe, si Paradisus terrestris in aliqua sit terre parte, non longe ab illis regionibus distare existimo. Quarum situs, ut dixi, est ad meridiem, in tanta aeris temperie, quod ibi neque hiemes gelide, neque estates fervide unquam habentur.


Celum et aer maxima parte anni serena sunt et crassis vaporibus inania. Pluvie ibi minutim decidunt et tribus vel quattuor horis durant, atque ad instar nimbi evanescent. Celum speciosissimis signis et figuris ornatum est, in quo annotavi stellas circiter viginti tante claritatis quante aliquando vidimus Venerem et Iovem. Earum et motus et circuitiones consideravi earumque peripherias et diametros geometricis methodis dimensus fui, easque maioris magnitudinis esse deprehendi. Vidi in eo celo tres Canopos, duos quidem claros, tertium obscurum. Polus antarcticus non est figuratus cum Ursa Maiore et Minore, ut hic noster videtur articus, nec iuxta eum conspicitur aliqua clara stella; et ex his que circum eum breviori circuitu feruntur, tres sunt habentes trigoni orthogoni schema, quarum dimidia peripherie diametrus gradus habet novem semis; cum his orien-

proprietà note fosseno, non dubito che a li humani corpi salute seriano. E certamente si el Paradiso terestro in qualche parte de la terra sia, non lontano da quelli paesi esser distante existimo. De i quali el sito, como te ho ditto, è al mezo zorno, in tanta temperie de aere che né li invernate gelide, né state calide mai se hanno.


Le stelle de quello polo antartico

El delo et l'aere una gran parte de l'anno sonno sereni et vacui de grossi vapori. In quel loco le pioze menutamente cazeno et durano per 3 o per 4 hore, et a similitudine de una caligine se disfa. El cielo è ornato de bellissimi segni et figure, in ne le quale io ho notato da cercha 20 stelle, de tanta chiarezza de quanta alcune volte habiamo viduto Venerem et Iove. I movimenti et le circuitione de quelle io ho considerato, et de quelle ho mesurato la circonferentia et diametri cum breve via de geometria, et ho cognosiuo quello esser de mazor grandezza. Vidi in quel cielo 3 Canopi, 2 certamente chiari et l'altro obscuro. El polo antarticho non è figurato cum l'Orsa Maiore et Minore, como el nostro articho apare, né apresso de quello se vede alcuna chiara stella; et de queste le quale atorno de quello cum breve circuito sonno menate, 3 sonno le quale hanno la figura del triangolo orthogono, de le quale quella che è di mezo ha 9 mezi gradi de circonferentia; e quando queste

tibus a leva conspicitur unus Canopus albus eximie magnitudinis; que cum ad medium celum perveniunt hanc habent figuram:



Post has veniunt alie due, quarum dimidia peripherie diameterus gradus habet duodecim semis, et cum eis conspicitur alius Canopus albus. His succedunt alie sex stelle formosissime et clarissime inter omnes alias octave sphere, que in firmamenti superficie dimidia habet peripherie diametrum graduum triginta duorum; cum his pervolat unus Canopus niger immense magnitudinis. Conspiciuntur in Via Lactea et huiusmodi figuram habent quando sunt in meridionali **linea**:



nasceno da la sinistra, se vede uno Canopo bianco de una eximia grandezza; le quale quando a mezo il cielo pervengano hanno questa figura:

Da pb queste vengono alae due, de le quale la meza ha de la circonferentia el diametro 12 mezi gradi, et cum quelle se vede un altro Canopo bianco. Et a questo sequitano altre 6 stelle bellidissime et chiarissime infra tutte le altre de l'octava spera, le quale in la superfittie del firmamento la meza ha de la circonferentia el diametro gradi 32; et cum queste va uno Canopo negro de una grande magnitudine. Et si se vedeno in la Via Lactea, et tale figura hanno quando sono in la **linea** meridionale:

Multas alis stellas pulcherrimas cognovi, quarum mōtus diligenter annotavi et pulcerrime in quodam meo libello graphice descripsi in hac mea navigatione. Nunc autem in presentiarum tenet hic serenissimus rex, quem **mih**i restitutum spero. In illo emispherio vidi res philosophorum rationibus non consentientes. Iris alba circa mediam noctem bis visa est non solum a me, sed etiam ab omnibus nautis. Similiter pluries novam lunam vidimus eo die quo soli coniungebatur. Singulis noctibus in illa celi parte discurrunt innumeri vapores et ardentes faces. Dixi paulo ante: in illo emispherio, quod tamen proprie loquendo non est ad plenum emispherium respectu nostri, quia tamen accedit ad huiusmodi formam, sic illud appellari licuit.

Igitur, uti *dixi*, ab Olysippo unde digressi sumus, quod ab linea equinoctiali distat gradibus trigintanovem semis, navigavimus ultra lineam equinoctialem per quinquaginta gradus, qui simul iuncti efficiunt gradus circiter nonaginta; que **summa cum** quartam partem obtineat summi circuli, secundum veram *measure rationem* ab antiquis nobis traditam, manifestum est nos navigasse quartam mundi partem. Et hac ratione nos Oly-


Cose in quella hemispherio a li philosophi repugnanti

Molte altre stelle belidissime ho cognosuto, de le quale i movimenti diligentemente ho notato, et benissimo in uno certo mio libretto signatamente in questa mia navigatione ho discripto. El quale al presente tiene questo serenissimo re, el quale spero che me lo restituirà. In quello emispherio ho visto cose a la razione dei philosophi non consentente. Iris bianca cercha la meza notte do volte non solamente da **mi** è sti vista, ma da tuti i marinari. Similmente assai volte la luna nova havemo visto in quel zorno in nel qual col sole se coniungeva. **Ogni** notte in quelle parte del cielo disconeno assaissimi vapori et face ardente. Te disse un pocho avanti : in quello hemisperio, el quale, propriamente parlando, non è apieno hemispherio a lo respecto del nostro; perchi. niente de mancho se confà a quella tal forma, così me ha parso chiamarlo.

Forma de la quarta parte de la terra retrovasa

Adonque, como io te ho **ditto**, de Olosippo, donde nui se partissimo, che da la linea equinoctiale è distante gradi 39 (e mezo), et navigassemo ultra *la linea equinoctial* per 50 gradi, i quali insieme ligati fanno gradi 90; la qual suma la rv parte ottene del summo circolo, secondo la vera razione del misurare da li nostri antiqui a nui data. Manifesta cosa è adonque nui haver navigato la rv parte del mondo. Et per questa

sippum habitantes citra lineam equinoctialem gradu trigesimonono semis in latitudine septentrionali, sumus ad illos qui gradu quinquagesimo habitant ultra eandem lineam in meridionali latitudine, angulariter gradus quinque in linea transversali. Et ut clarius intelligas, perpendicularis linea que dum recti stamus a punto celi imminente vertici nostro dependet in caput nostrum, illis dependet in latus vel in costas. Quo fit ut nos simus in linea recta, ipsi vero in linea transversa, et species fiat trianguli orthogoni, cuius vicem linee tenemus cathete, ipsi autem basis, et hipotenusa a nostro ad illorum protendim verticem, ut in figura patet. Et hec de cosmographia dicta sufficiant.



Hec fuerunt notabiliora que viderim in hac mea ultima navigatione, quam appello diem tertium; nam alii duo dies

ratione nui, i quali habitamo Leusippo circa la linea equinoctiale gradi 39 e mezo in la largeza septentrionale, semo a quelli i quali gradi 50 habitano oltra quella medesima linea, in la meridiale longheza angularmente gradi 5 in la **linea** transversale. Et a ciò che più chiaramente intendi, la perpendicolare linea, la quale, domentre che nui stamo recti da l'eminente ponto del cielo al vertice **nostro** depende in nel capo **nostro**, a quelli depende in lato et in ne le coste. Per la qual cosa se fa che nui siamo in la linea recta, ma essi in la linea transversa, **et** la forma se faze d'un triangulo orthogono; de la qual linea la vice nui tenemo, come per la figura apparerà manifesto. Et queste **cose** de la cosmographia ditte basteno da vanzo.

Como questo libro è intitulato Terzo di

Queste so le cose notande, le quale **io** ho visto in questa ultima mia navigatione, la quale el dì 111 io chiamo, imperhb che li altri due dì fo-

fuerunt due alie navigationes, quas ex mandato serenissimi Hispaniarum regis feci versus occidentem. In quibus annotavi miranda ab illo sublīmi omnium creatore Deo nostro perfecta; rerum notabilium diarium feci, ut, si quando mihi ocium dabitur, possim omnia hec singularia atque mirabilia colligere, et vel geographie vel cosmographie librum conscribere, ut mei recordatio apud posteros vivat, et omnipotentis Dei cognoscatur tam immensum artificium, in parte priscis ignotum, nobis autem cognitum. Oro itaque clementissimum Deum quod mihi dies vite proroget, ut cum sua bona gratia atque anime salute huius mee voluntatis optimam dispositionem perficere possim. Alios duos dies in sanctuariis meis servo, et restituente mihi hoc serenissimo rege diem tertium, patriam et quietem repetere conabor, ubi et cum peritis conferre et ab amicis ad id opus perficiendum confortari et adiuvari valeam.

A te veniam posco si non ultimam hanc meam navigationem seu potius ultimum diem tibi non transmisi, uti postremis meis litteris tibi pollicitus fueram. Causam nosti, quando nec dum ab hoc serenissimo rege archetipum habere potui. Mecum cogito adhuc efficere quartum diem, et hoc pertracto,

reno altre do navigatione, le quale per comandamento del serenissimo re de Spagna io fece verso l'occidente. In ne le quale io ho anotato miraculosa cosa de quel sublime creatore del tutto, Dio nostro, la perfectione; de tutte le cose notabili un zornale io ho facto, acio che si qualche volta me se desse tempo, potesse tutte queste cose a una a una mirabilmente racogliere, et over de geographia over de cosmographia un libro compo-
nere, *cib* che i posteri de me se aricordasseno et de lo onnipotente Dio un tanto immenso artificio se cognoscesse, in parte ai nostri antiqui incognito, ma de nui cognito. Prego adonque el clementissimo Idio che me perlonghe i di de la vita, ma che *cum* la sua bona gratia et cum salute de l'anima, de questa mia voluti la optima dispositione exequer possa. Li altri dui di in ne li mei sanctuari me li reservo, et restituendomi a nui questo serenissimo re el di III, a la patria et a la quete retornare me sforzarò, doveché *cum* li periti conferire et da li amici confortato et adiutato questa opera compire io poterò.

Excusatione de Alberico, et qual sia la sua mente

Io ti domando perdonanza si questa mia ultima navigatione ovvero ultimo di non te ho mandato, como per le mie ultime lettere te havea promesso. La causa credo che tu intendi, que de questo serenissimo re né anche i libri havere ho possuto. Io penso ancora que fare' zorni 4,

et iam **mihi** duarum navium **cum** suis armamentis promissio facta est, ut ad **perquirendas** novas regiones verus meridiem a latere orientis me accingam per ventum qui affricus dicitur. In quo die multa cogito efficere in Dei laudem et huius regni utilitatem et senectutis mee honorem; et nihil aliud expecto nisi huius serenissimi regis consensum. Deus id permittat quod melius est. Quid fiet intelliges.

Ex italica in latinam linguam iocundus interpretis hanc epistolam vertit, ut latini omnes intelligant quam multa miranda in dies reperiantur, et eorum comprimatur audacia, qui celum et maiestatem scrutari et plus sapere quam liceat sapere volunt, quando a tanto tempore quo mundus cepit ignota sit vastitas terre et que contineantur in **ea**.

Laus Deo

et pertractato che io haverò questo, zà di 2 nave cum li sui armamenti la promessa a nui l: facta, azò che al cercare de nove regione verso mezodì da la banda de levante io me aparechia per el vento il quale affrico se chiama. In el qual di molte cose io penso de fare in laude de Dio et utilità de questo regno et honore de la vechieza mia; e zà niente altro io expecto, si non de questo serenissimo re la licentia. Dio permetta quello sia per el meglio. **Tu** de quello se **fari** intenderai.

Contra l'audatia de chi vol sapere più che non è licito

De spagnola in lengua romana el iocondo interprete questa epistola ha traducta, acìò che i latini intendeno quante mirande cose a la zornata se ritrovano, et de quelli se abasseno l'audatia, i quali el cielo et la maestà ritrovare et saper più che non è licito de sapere voleno, quando da tanto tempo ch'el mondo è scomenzato non si à ritrovata la grandezza de la terra et quello che in quella se contiene.

